VICIPÆDIA

Lingua Vietnamica

Lingua Vietnamica[1] seu **Annamitica**[2] est sermo officialis Vietnamiae; ad familiam linguarum Austroasiaticarum refertur[3]. Sicut multae aliae linguae Asiae Orientalis tonos vocales adhibet. Scribitur abecedario Latino, ab Alexandro de Rhodes ad usum linguae Annamiticae accommodato, sed multis signationibus insuper additis ad pronuntiationes tonorum indicandas. Alexander de Rhodes et vocabularium Annamitico-Latinum composuit.

Lingua Vietnamica Tiếng Việt	
Taxinomia:	Linguae Austroasiaticae Linguae Mon-Khmer Linguae Viet-Muong **Lingua Vietnamica**
Locutores:	c. 68 000 000 (anno 1999)
Sigla:	1 vi, 2 vie, 3 vie
Status publicus	
Officialis	
Privata	Vietnamia
Litterae:	Abecedarium Vietnamicum
Scriptura:	Latina
Procuratio:	—

Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Notae

1. Haec appellatio a Vicipaediano e lingua indigena in sermonem Latinum conversa est. Extra Vicipaediam huius locutionis testificatio vix inveniri potest.
2. Vide titulum operis Alexandri de Rhodes, *Linguae Annamiticae seu Tunchinensis brevis declaratio* (Romae, 1651); seu *Tunchinensis*, *Tunquinensis*.
3. Lingua Vietnamica apud *Ethnologue* (http://www.ethnologue.com/show_language.asp?code=vie) [Anglice]

Nexus externi

- Viet Translator (http://www.vietnamesetranslate.net/)


Haec stipula ad linguam vel ad linguisticam spectat. Amplifica (https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Vietnamica&action=edit), si potes!